



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**VRBIS|| HIEROSOLIMÆ|| QVEMADMODVM EA CHRISTI||  
tempore floruit, & suburbanorum eius brevis.||  
descriptio.||**

**Adrichem, Christiaan van  
Coloniae Agrippinae, 1585**

**VD16 A 298**

Alivd. Georgii Verbvrch Delphi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64394)

A L I V D.

GEORGII VERBURCH  
Delphi.

**I**gnibus e Argolicis, non hac tibi lector imago,  
 Offeret in cineres, Pargama versa, suos.  
 Non Romam rerum dominam, tantisque superbam  
 Innumeras gentes qui domuere, viris,  
 Sed Solymam Ducis inuicti certamine claram  
 Quo periere simul mors, Stygiusque draco  
 Quae licet in nihilum per plurima bella redacta est,  
 Barbarico in sacrum mota furore solum.  
 Att amen vrbs nulli tectis, opibusque secunda  
 Ausonio nondum milite pressa, fuit.  
 Delphius hanc Adrichom celatam misit in auras,  
 Illustre à Christi nomine, nomen habens.  
 Disposuit que suo cunctos sic ordine vicos,  
 Mœnia cum portis, templa, theatra, domos:  
 Omnibus vt palmam facile eripuisse putetur,  
 Et summam laudem promeruisse sibi.  
 Quod citò percipiet nulla licet arte politus,  
 Hunc modò cum reliquis, conferat ipse typum.  
 Explicat historicis breuiter loca singula scriptis,  
 Christus vbi penas, supplicumque tulit.  
 Atque vbi sunt veterum monumenta relicta parentum,  
 Diuino gesta numine signa rei.  
 Quae latuere prius vis ergo noscere mira,  
 Mira liber pandet, quae latuere prius.  
 Quae non exiguos sumptus fecere videndis,  
 Iudaeam longa, qui petiere via.

Quare

*Quare Adrichom nostri, debent tibi iure nepotes  
Multa, quod hoc pacto saecula futura iuuas.  
Sed quia contemnis, quicquid miramur in orbe  
Terrarum, merces sit tua sola Deus.*

PRAE

